



**Corpus Juris Canonici, Per Regulas Naturali Ordine
Digestas, Usuque Temperatas, Ex Eodem Jure, Et
Conciliis, Patribus, Atque Aliunde Desumptas, Expositi**

Opus, Tum In Rebus Obscuris Claritate, Tum Dispersis Collectione ac
delectu, in contrariis conciliatione, eximium, simulque Indicibus ac
Præfationibus, Notisque quamplurimis & exquisitis illustratum, ; In Tres
Tomos divisum

Complectens Prolegomena Ad Jus Canonicum In Se Et Universim
Consideratum

Gibert, Jean-Pierre

Coloniæ Allobrogum, 1735

Quæst. V. De tempore, intra quod appellandum est, ejusque duratione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74413](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74413)

QUÆST. III. *Quis habeat jus provocandi.*

Cùm ratio Appellationis desumatur ex gravamine per Sententiam illato, cùmque tertius ad Judicium non vocatus per Sententiam gravari possit, jure dicit Autor, quemlibet, cujus interest, ne illa executionem fortia- tur, habere jus ab eâ provocandi; Vid. COJACIUM & GONZALEM in *Cap. 17. de Sent. & Re judicatâ*, ubi res- pondent Regulâ; *Res inter alios acta, tertio non nocet*; eamque restringunt ad Casum, quo tertii non inte- rest; quod congruis exemplis illustrant.

QUÆST. IV. *Ad quem sit provocandum.*

Ad pensandas Regulas XVII. Autoris, earumque Exceptiones, Replicat. Duplicat, sciendum est 1. pe- rindè esse de Appellatione ac de Devolutione; ac utra- que introducta fuit, ut corrigatur, seu emendetur fac- tum inferioris, si perperam judicavit, vel suppleatur ejus defectus, seu negligentia; si Justitiam denega- vit. Porro in devolutione jus hoc ad Superiorem im- mediatum transit; undè sequitur, Appellationem, omif- so medio ad Pontificem, Ordini legitimo repugnare; & qui dem vetustissimi Textus, quibus illa juvatur, è Spu- riis Decretalibus eruti sunt: & hoc sit *Regula I. tru- tina.*

2. Cùm Judex omnem prorsùs Jurisdictionem suam in quâdam Judicia, Delegato suo impertitus est, ab hoc ad Superiorem Delegantis provocandum est; quia Delegatus Delegantem exhibet, ejusque Vicarius est, & proindè idem est utriusque Tribunal.

Ab hac Regulâ excipitur Princeps in Temporalibus, & Pontifex in Spiritualibus; quippè qui, non obsta- re delegatione, Delegati semper minent Superiores, ratio e Supremæ Autoritatis suæ; Itaque ad Pontifi- cem & Principem restringenda est *Regula II. ferens à Delegato appellari ad Delegante n.*

3. Si Delegatus utriusque, Principis & Pontificis, qui solus Universum negotium subdelegare potest, nullâ re sibi reservatâ, usus fuerit eâ facultate, Ap- pellatio ad illos pertingit; quia hujusmodi Subdele- gatus perfectè representat Subdelegantem, cujus vi- ces gerit, & cujus nomine judicat; ideòque, sicuti à Delegato Principis vel Pontificis ad illos appellandum fuisset, si sua usus fuisset per seipsum facultate; ita ad eosdem appellandum est à Subdelegato, cui tota potestas transmissa est.

4. Item est cùm Subdelegati aliquot, etiamsi refer- vata fuerit aliqua pars Jurisdictionis, procedunt cum uno ex Condelegatis; quia, cùm Jurisdictio delegata, sit nobilior, quàm subdelegata, hæc ab illâ trahitur; itaque, perindè est de hoc Casu, ac si Subdelegan- tes omnem prorsùs Jurisdictionem suam transfudif- sent in Subdelegatos. Secundùm hæc Judicium ferri debet de Exceptionibus. Replicationibus, Duplicatio- nibus, *Regula II. circa hoc ad GONZALEM in Cap. 27. de Officio Judicis Delegati.* Observatio hæc produ- cenda est ad *Regulam X. dicentem*, appellari ad Archiepiscopum, ab iis, quæ cum Capitulo gessit Episcopus, quatenus Prælegatus.

5. Cùm Vicarius Officialis omnem Jurisdictionem Contentiosam Episcopi accipiat, ab eo non appel- latur ad Episcopum. Eiusdem conditionis est Vicem- gerens, atque Officialis, ob eamdem rationem.

6. Cùm Jurisdictio Temporalis & Jurisdictio Spi- ritualis sint mutuo independentes, à Judice Civili ad Tribunal merè Ecclesiasticum non est Appellatio, & vicissim. Juxtâ hæc exponenda sunt REG. IX. XIII. XIV.

7. Is, in quo, velut in fronte, sedem habet Jurisdictio, prohibere potest Appellationem à Judi- cibus unius Provinciae, vel alicujus Districtus ad Ju- dices alterius; undè fit, ut quondam Provinciarum quarundam Concilia Appellatione remotâ judica- verint; REG. IV. QUÆST. II. Indè Appellationes Ultra-Marinae prohibita sunt. REG. XVI. QUÆST. IV. VI. VII. VIII.

8. Cùm Delegati Pontificis ipsi immediati sint, ad eum appellandum est à Judicio Arbitrorum, qui de controversiis inter illos emergentibus aut recu- santibus contra illos propositis definiunt.

9. Quoniam Sententiæ Executor partem duntaxat Jurisdictionis obtinet, oportet, ut si appelletur ab executione, Appellatio feratur apud Judicem, qui Sententiam tulit.

Exceptio generalis harum Regularum restringi de- bet ad Loca & Tempora, in quibus Hæresis non to- leratur; nam tunc, si Catholicus sit Actor, & Ju- dex Hæreticorum eorum Sectæ adhæreat, necessa- rium est, ut apud illos litem exercent; & si ab eorum Judicio provocaverit, Judex Superior eju- dem Sectæ cognoscat de Appellatione, vel unâ cum Catholicis, si Tribunal mixtum constitutum fuerit, vel seorsim extrâ hunc Casum.

QUÆST. V. *De tempore, intrâ quod appellandum est, ejusque duratione.*

Autor dicit, principiò datos fuisse dies *Duos*, tùm *Tres*, postea *Novem*, denique *Decem*. Pro Regulâ af- firmat, tempus illud numerari à die Judicii. Plures excipit Casus, quorum *Secundus* duntaxat verus est, & usu receptus; nempe is, in quo Pontifex Sen- tentiam dirigit ad Principem, ut illam confirmet, & pœnæ locum assignet. Cùm Sententia effectum fortiri nequeat, priusquàm notificata fuerit, videtur tempus ad Appellationem datum, nonnisi à die no- tificationis esse numerandum; aliàs tempus illud frustra daretur, cùm ad deliberandum detur, an apel- lare expediat.

QUÆST. VI. *Modus & Forma APPELLATIONIS.*

Cùm attendimus, Appellationem esse unum ex Actibus Judicialibus Insignioribus, videtur eam Scri- pto tradi semper debere, post *Caput 11. de Probat.* quo cavetur, ut ejusmodi Actus Scripto semper con- ficiantur. Sed *Cap. 1. de Appell. in 6.* insinuat, eam posse aliter fieri; frustra enim præcepisset, ut Ap- pellationes ad Apostolicam Sedem semper Scripto fierent. *Cap. 59. de Appell.* id jam constituisse videtur quoad Appellationes interlocutorias, jubendo, ut causa Appellationis exponatur apud Judicem, qui interlocutus est: Sed, cùm hæc expositio sine Scri- pto fieri possit, nihil certum ex hoc Textu elici potest. Et *Cap. 1. citatum*, dat locum sentientiæ, Ap- pellationem interlocutoriam Scripto non tradi, cùm id specialiter jubeat quoad eas, quæ ad Sedem Apo- stolicam feruntur, *Clementina de Appellatione* supponit quoque, Appellationem viva voce fieri posse, quandò- quidem jubet, ut in conspectu majoris partis Judi- cum fiat. Usus hic à Jure Civili originem traxit; *Can. ult. 2. QUÆST. VI. §. 33.* Litigatoribus id permit- titur quoad Casus, in quibus id negotium requiret. Non repugnat viva voce & Scripto Appellationem in- simul fieri 1. Viva voce coram Judice à quo; 2. Scri- pto tradi Judici ad quem, ut ab eo impetrentur litte- ræ, quibus illa admittitur.

QUÆST. VII. *Officia Appellantis consecraria Appellationis.*

Adicere debuisset, & *Judicum*, sive ejus à quo, sive ejus ad quem fertur: etenim de utriusque Officii lo- quitur. Pleræque ex Regulis XXII. quibus Argumen- tum enucleatur, indicant solum Textus de re subjectâ loquentes; plures autem sunt, quorum substantiam duobus verbis exhibere potuisset.

Amplitudo Argumenti *Regula XIII.* postulabat, eam sub Titulo singulari tractari, ut lucem necessariam acciperet. Prohibitio innovanti pendente Appella- tione, circa quam *Exceptiones XXI.* tradit, pauciori-